

est fructus excreſcentis. Quia vero do-
minus id ſemen interpretari dignatus
ē verbū Dei, ideō eſt quia p̄ verbū Dei
fides in nobis generatur. Rom. 10 Fides
ex auditu &c. Verbū ergo Dei ſemen
dicitur ratione fide, quā in nobis gene-
rat, ſine qua inutilis eſt, & fructificat ni-
hil. Incrementū autē charitatis intelligi-
tur, vel gratia, quam ſol⁹ Deus dare po-
teſt, ſicut ait apoſtolus. 1. Cor. 3. Deus
autem incrementū dat. Opus verò cha-
ritatis, & virtus operis, fructus intelli-
gitur præſens. Præmium verò beatitudi-
nis, futurus, vtrunq; tangit apoſtolus
Gala. 5. Fructus autē ſpiritus, pax beni-
gnitatis. Impediunt autē charitatis inſu-
ſionem ſuggeſſiones diabolicæ dum eis
conſentitur. Duritia peccatorum, quæ
gratia (volente dño) cōtrariat, atq; ſolli-
citudō rēpōraliū in iſtis ſine conſtituēs
Contra quæ cuſtodimus vineam ne ſit
corruptoribus peruia, ſi nō omni ſpiri-
tū credamus. Si probauerimus an ſpiri-
tus ex Deo. 1. Ioan. 4. Sollicitudinem
moderanur, ſi primum regnum Dei q̄-
rimus, & iuſtitiam eius, vt cetera no-
bis adiciantur Mat. 6. Lapides eiici-
mus, ſi de peccatis penitentiā agentes,
iſta per confeſſionem, & ſacramentalē
abſolutionē repellimus. Vt ergo agrum
cordis noſtri diuino ſemini p̄paremus,
verbum Dei intenta cordis auditione
audire curemus, quia exiit qui ſeminat
&c. Pro gratia Aue.

In iſto euangelio duo nobis propo-
nuntur. ſ. ſemini larga eiectio, & ei⁹
dem varia receptio. Semen nanq; expo-
nente domino, vt ſup. ſermone præce-
denti vīq; ad illud apoſtoli. Vnde apo-
ſtolus 2. Cor. 5. Nec ſolum per bonos,
ſed etiam malos prædicatores verita-
tem populo annunciantes ipſe loquitur,
ſicut per Iudam, qui cum aliis miſſus ē.
Mat. 10. & Balaam Num. 24. Item de
Caiſpha habetur Ioan. 11. quod à ſeme
tiplo non dixit, ſed cum eſſet pontifex
anni illius, prophetauit. Spiritu autem
ſancto reuelante non ſibi ipſis, ſed no-
bis miniſtrabant propheta. 1. Pet. 1. Ex
q̄bus ſequitur q̄ ſibi ipſis valde ſunt pe-
riculoſi, multiq; culpabiles, qui vei b̄

Dei audire negligunt, in excuſationem
quandoq; prædicatoris vitā malam al-
legantes. Hi nāq; cū ſemē vite reiciūt,
ſe fructu perpetuo priuant, nec ei ſerui-
re valent pro vitā acquirenda, cuius ſer-
uitia qualia eſſe debent, audire contrā-
nunt, quos ignorantia non excuſat, ſed
accuſat, quia ignorans ignorabitur 1.
Cor. 14. Stultus valde indicaretur, qui
donariis magnis à principe per ignobi-
lem miſſis propter nunciū vililitatem ſe
priuaret, ita in propoſito. Grauem ſeni-
q; incedunt culpam, quā non prædica-
torum, ſed dominum, cuius veritas den-
nunciatur, ſpernunt ipſo dicente: Qui
vos ſpernit, me ſpernit. Luc. 10. Quam
diu nanq; in loco prælationis conſtitu-
ti veritatem ſine errore prædicant, au-
diendi ſunt, licet in vitā minime ſine
ſequendi, quod apertē dominus docet
Mat. 23. cum dicit: Super cathedram
Moſi ſedebunt ſcribæ, & phariſæi, om-
nia quæcunq; dixerint vobis, facite, ſe-
cundum opera autem illorum nolite
facere. Ipſi denique mali prædicatores
licet pro vite ſuæ malitia amplius ſe-
rientur quam ſi non prædicarent, pro
quantō indigne verbum Dei miniſtrāt,
iuxta illud pſal. Peccatori autem dixit
Deus, quare tu enarras iuſtitias meas?
Et ſequitur: Arguam te: & ſtatuum cō-
tra faciem tuam. pſal. 49. Non tamen
ideo prædicatio ſpernenda, ſed magis
in hoc Deo amplius obligamur, qui
etiam nobis gratiam verbi non ſubtra-
hit, ſed ne nos errare permittat, etiam
per indignos miniſtrat, in hoc ſuæ di-
gnitati noſtram vtilitatem antepōnēs.
Sumus tamen frequenter noſiſp in cau-
ſa, quorum peccata merentur, vt indig-
nis præpoſitis gubernemur. Hinc
Iob 34. dicitur. Propter peccata popu-
li Deus regnare facit hypocritā. Qua-
propter non iudicemus, ſed magis eis
condolentes noſtris peccatis impute-
mus ne quacunque accepta occasione
verbum Dei, quod in omnē terram lar-
giter ſparſit dominus, à nobis quomo-
dolibet repellamus.

Variam deinde recipientium diſtin-
guit dñs qualitatem, quos quadrupli-